AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 26v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



me matrimonio. sed cura fuit tantum ut discerem sermo
nem facere quam optimum et persuadere dictione. Et anno
quidem illo intermiseram studia mea. dum mihi reducto ama
tauris. in qua uicina urbe iam ceperam literature atque ora
torie percipiende gratia peregrinari. Longinquioris
apud cartaginem peregrinationis sumptus prepa
rabantur. animositate magis quam opibus patris munici
pii stagatensis admodum tenuis. Cui narro hec. Neque enim tibi
deus meus. sed apud te narro hec generi meo. generi humano.
quantulacumque ex particula incidere potest in istas meas
literas. Et ut quid hoc. Ut uidelicet ego. et quisquis hec legit co
gitemus de quo profundo clamandum sit ad te. Et quid propius auribus
tuis. sicor confitens. et uita ex fide est. Quis enim non extollebat
laudibus tunc hominem patrem meum. quod ultra uires rei familia
ris sue impenderet filio. quidquid et iam longe peregrinanti.
studiorum causa opus esset. Multorum enim ciuium longe opu
lentiorum. nullum tale negotium proliberis erat. cum inte
rea non satageret idem pater qualis crescerem tibi. aut quam castus
essem. dum modo essem disertus uel desertus potius a cultura
tua deus. qui es unus uerus et bonus dominus agri tui cor
dis mei. Sed ubi sexto illo et decimo anno interposito
otio ex necessitate domistica feriatus ab omni scola cum
parentibus esse cepi. excesserunt caput meum uepres libidi
num. et nulla erat eradicans manus. quin immo. ubi
me ille pater in balneis uidit pubescentem et inquieta
indutum adolescentia. quasi iam ex hoc in nepotes gestiret.
gaudens matri indicauit. gaudens uinolentia
in qua te iste mundus oblitus est creatorem suum et creatu
ram tuam pro te amauit. de uino inuisibili. puerse